

150

1105

¿ INTERPOLADO—FALSIFICACIÓN ? a

Doña Berta concede al obispo Esteban, a san Pedro de Huesca y Jaca la novena que acostumbraban a dar los pobladores de San Félix; que pascan las bestias en los montes de Agüero, y que aquellos corten leña, madera, bellotas y hierba.

—ACH, *Libro de la Cadena*, p. 46, n.º G I.

[I]n Christi nomine. Hec est carta quam ego Berta, regina, facio Deo et beato Petro Oscensi vel Iacensi ecclesie et vobis dompno Stephano, episcopo, et successoribus vestris simulque earundem ecclesiarum canonicis, propter salutem anime mee et domini mei regis Petri, et propter servicium qui mihi fecistis. Placuit mihi et, cum bono animo et spontanea voluntate, dono Deo et predicte ecclesie, et vobis et successoribus vestris atque canonicis eiusdem ecclesie, illam novenam quam solebant dare vestri populatores Sancti Felicis per illos montes de Agüero; ut illos homines Sancti Felicis, de quanto laboraverint in illos montes vel in terminis de Agüero, non dent inde novenam ad Agüero neque faciant inde alcuno scisso ad nullo homine, nisi ad vos; set de quanto laboraverint ibi sic respondeant vobis quomodo et de proprio termino Sancti Felicis; et foras lores betatos saputos de Agüero pascant lores bestias in supradictis montibus vel terminis, liberas et ingenuas; et ipsi colligant ibi ligna et materia, glandes et erbas, et alias causas que inde habuerint opus, foras de lores betatos saputos. Hec omnia supra scripta, sicut mandavi vobis in vita de domino meo rege Petro, sic dono Deo et beato Petro predicte ecclesie et vobis et successoribus vestris atque canonicis eiusdem ecclesie, libera et ingenua, sine ulla mea retinencia, per secula cuncta. Ego Berta regina omnia supra scripta laudo et hoc signum manu mea facio.

Facta carta era M.^a C.^a XL.^a III.^a, regnante rege gloriosissimo Anfurso in Aragone et in Pampilona et in Subrario sive in Ripacuria,

in Osca et in Monson, rege altero Anfurso in Toletto et in Castella, episcopo Stephano in Osca et in Iaca, episcopo Petro in Pampilonia, episcopo Raymundo in Ripacurtia, senior Enneco Fortuniones in Anies et in Agüero, Morello et Arrigoles et Sangarren.

Sancius Larrossensis canonicus Oscensis sive Iacensis scripsi hanc paginam.

a Intimamente relacionado con nuestro documento n.º 148.